

N. 11.

A. D. 1022.

(marzo, Indiz. V).

<i>Data di luogo</i>	Casamassima.
<i>Rogatario</i>	Iohannes diac. et not.
<i>Descrizione</i>	Taglio rettang.: alt. 0,31, largh. 0,27. L'inchiostro, per umidità, è in vari punti sbiadito o affatto scomparso.
<i>Scrittura</i>	Corsiva.
<i>Contenuto</i>	Grisanto, f. Iohannis, di Casamassima, vende a Leone, f. Cutunei, un vignale nella località Campofritdo, pel prezzo di 1 soldo e mezzo Costantino.
<i>Bibliografia</i>	Inedita.

† In nomine domini nostri iesu christi sexagesimotertio anno imperii domini Basillii et domini Constantini mense martius quinta indictione. Ego Grisa[ntus] f. Iohanne clerici de loco Casamaxima. Congrua mea voluntate per fuste seu per hanc cartam venditionis. presentia Mili clerici et ordi[nato] iudice de predicto loco Casamaxima. et de aliis nobilibus subscriptis testibus. vendidi tibi Leoni f. Cutunio <clericu> de predicto loco uno bineale meo quam abeo in predicto loco ubi dicitur Campofritdo que michi est pertinente a supradicto genitore me[o et est] bineale ipso per has finis. de prima parte a media fenestra est vinea Rogati et est aliquanta terra mea quod michi [re]serbabi trasita et exita. de secunda parte a medio limite est terra baciba de Fuscari germano meo. de tertia [parte] a medio limite est terra iterum baciba de Benedicto cognato meo. de quarta autem parte pergit via publica. Infra has autem fines ipso predicto vineale tibi prophato Leo vendidi trasactibe sicut prelegitur. cum inferiora et superiora [sua andi]to trasito et exito suo. cum gira et tornatoria sua. et cum omnia infra se habentes. Unde nec michi qs. venditor[n]ec ad heredes meos. nec in morgincaph uxori mee vel mundoaldis earum. nec ad nullum hominem reserbavi exinde aliquam portionem. set trasactibe illut tibi vendidi possidendum. Et pro confirmandam atque stavaliscendam tibi vel tuis heredibus venditione ista. nunc de presente recepi a te exinde pro ea pretium hoc est de auro constantino solido uno et medium solidum [eo tinore?] quatenus a presenti die in antea in tua et de tuis heredibus sit potestatem et dominatione. abendi et possidendi vel omnia exinde faciendi quocumque volueritis. sine omni mea et de meis heredibus vel de cuiuscumque hominum contrarietatem et requisitione. Et ego vel mei heredes defensemus tibi vel ad tuos heredes venditione ista

prescribta. ab omnes nostros parentes et confinales. et ab omni debito et relegatione nostra [vel] da serbitio. seu et da quarta uxoris mee et ab heredibus et mundoaldis eius. seu et ab omnes homines qui vobis exinde quocumque ordine aliquid querere toll[ere] voluerint. Super hoc autem et bona mea voluntate ego qs. Grisantus venditor guadiam tibi prefati Leoni [emptori] dedi. et mediator tibi posui Bisantius f. Vitalis de [predicto loco nostro Casa]maxima. Eo tinore. ut omni [tempore tam] ego vel meos heredes defensemus tibi vel ad [tuis heredibus venditione] ista prescribta. eo ordine quo superius [legitur] et omnia vobis adimpleamus in supradicta ratione. Quod [si omnia] ut superius legitur. vobis facere et [adim]plere noluerimus. et venditione ista prescribta. vobis tollere [aut] retornare quesierimus et per quodlibet ingenium vobiscum exinde causare seu contendere. vel per legem mittere quesierimus per nos ipsos vel per nostros summissos. per quibuscumque ingeniis obligo me et meos heredes componere tibi vel ad tuis heredibus decem constantini solidi. et alii decem in dominico et qualiter prelegitur adimp[leamus] vobis omnia per invitatis. Et quod remeliorata paruerit [venditio ipsa apud] vos per vestrum lavorem omnia sub estimatione pretii vobis restituamus et qualiter prelegitur [omnia exinde vobis adimpleamus] in supradicta ratione. per invitatis. Per districtum ipsum predictum mediatorem nostrum qui tibi tuisque heredibus tribuit licentiam se et suos heredes pignerare per omnia causa et pignera sua legitima et inlegitima sine calumnia. donec fecerint vobis adimplere omnia qualiter continet supra. Et carta venditionis et obligationis in supradicta ratione semper sit firma. Quam [te] Iohannem diaconum atque notarium taliter scribere rogavi in predicto loco Casamaxima.

† ego qs. Milo clericus et iudex.

† ego Ioanne clericus testis sum.

† ego Ursileo subdiaconus testis sum.